



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 60. Pontifex Ferdinandum tanquam Cæsarem veneratus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI. gnitati congruis honorare velit: hæc ve-
 A.C. 1560. ro Orator Imperatori referat.

§. LX.

Pontifex Ferdinandum tanquam Cæsarem veneratus.

Pallav. l. c. Si horum Scriptorum relationi fides ef-
Bzov. t. 20. fet habenda, tunc non Pontifex, sed
ann. 1560. prior Ferdinandus Cæsar hoc obsequii
n. 2. genus Pio IV. exsolvit: verum utut
Goldast. t. 2. res se habuerit, id omnino compertum
Const. Imper. habemus, quod Imperator de pia Pon-
fol. 372. tificis voluntate per suum Oratorem e-
 doctus mox datis ad Papam literis ele-
 ctionis factæ lætitiâ testatus, eidem
 gratias rependerit pro paterna benevo-
 lentia, qua negotio, & difficultati illi,
 quam olim ejus Prædecessor Paulus IV. mo-
 verat, justum, & optatum finem imponere vo-
 luit. Postea eidem hæc significabat:
 hoc triduo, vel quatrinduo hinc profecturus est
 sollemnis noster Orator, cui munus Sanctita-
 ti vestræ nomine nostro, qua par est, sub-
 missione congratulandi, debitumque & solitum
 reverentiæ, ac devotionis officium, more
 Prædecessorum nostrorum Electorum Ro-
 manorum Imperatorum præstandi impo-
 suimus.

Data est hæc Cæsaris epistola die
 decima sexta Januarii. Ceterum hic
 idem Orator erat Scipio Comes de Arco,
 qui

qui tamen nonnisi ineunte Februario Sæcul. XVI.
 Romam delatus die decima septima ad A. C. 1560.
 Pontificis alloquium admittebatur.

§. LXI.

*Venia Populo Romano a Pontifice
 concessa.*

Insuper Romana urbs quantocius de Onuphr. in
 summa Pontificis benignitate præ- vita Pii IV.
 clarum capiebat experimentum; quip- Thuan. l. 23.
 pe Pius non modo Romano populo om-
 nium eorum, quæ in Pauli IV. ac In-
 quisitionis dedecus sede vacante perpe-
 traverat, veniam concessit, sed etiam
 ferme omnia a suo Prædecessore gesta,
 si forte ei nimium severa videbantur,
 irrita declarabat alio prorsus instituto
 ordine: postmodum edicta revocavit,
 ac insuper monachorum, & fratrum men-
 dicantium, quos in cœnobia, unde fa-
 cultate a superioribus Pontificibus fa-
 cta exierant, Paulus redire coegerat,
 causas iterum cognosci voluit. Præ-
 terea immutabat alias sententias præ-
 ter ordinem sub Paulo IV. latas, quas
 ad rectam communis, & usurpati juris
 rationem, inductis prioribus decretis,
 paulatim reduxit. Eorum demum, quos
 hæreticæ doctrinæ nomine suspectos
 idem Paulus in carcere detinuerat, cau-
 sa denuo per inquisitionem, sed adhi-
 bito